

AÑO LV. — 22 DE JUNIO DE 1907 — NÚM. 12.



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

SUMARIO: Transitoriales para Madrid.—Sgda. Cong. de Ritos.=Id. id. de Indulgencias.—S. C. Concilii litteraræ de satisfactione Missarum.=Instrucción ó índice de las preguntas á que deben responder los superiores ó superioras de los Institutos (conclusión).=Conferencias morales y litúrgicas para el mes de Julio.=Disposiciones legales vigentes sobre enseñanza religiosa y prácticas piadosas de los niños y niñas d: las Escuelas públicas.=Edictos de la Delegación de Capellanías.=Asociación universal de familias cristianas consagradas á la Sagrada Familia.

TRANSITORIALES PARA MADRID

Secretaría de Cámara del Obispado de Madrid-Alcalá.

Dado el número excesivo de Sacerdote que constantemente acuden a esta capital, solicitando autorización temporal para ejercer su sagrado ministerio en las iglesias de la jurisdicción ordinaria sin pedir previamente el beneplácito de este Rvdmo. Prelado, según está mandado en reiteradas circulares de la Nunciatura Apostólica, ruego á V. S. encarecidamente, en nombre de mi Señor Obispo, tenga á bien no expedir transitoriales, sin que el interesado presente en esa Secretaría de su digno cargo el expresado consentimiento, que se expedirá por oficio, en virtud de la instancia que con-

anterioridad debe enviar el recurrente á estas oficinas.

Dios guarde á V. S. muchos años.

Madrid 1.^o de Mayo de 1907.

DR. LUIS PÉREZ,
Canónigo Srio.

M. I. Sr. Secretario del Obispado de Astorga.

De la Sagrada Congregación de Ritos.

1. Num Parochi Missæ Sacrificium pro populo celebrare debeant non solum in Festo primario Principalis Patroni propriæ Parochiæ, sed etiam in Festo primario Patron precipui totius Dioceseseos.

Resp. 18 Maii 1897, in Agennen., ad 2 n. 3967: «Affirmative, ad primam partem: et etiam ad secundam, si hoc alterum Festum celebretur cum feriatione, saltem de iure.»

2. Num Missa parochialis, etiam non cantata, rationem habeat Missæ Conventualis, ita ut in ea supprimi debeant tum commemorationis simplicis tum preces post Missam?

Resp. ibidem, ad 3: «Negative.»

3. Utrum aqua baptismatis, Sabbato Sancto et Vigilia Pentescostes benedicenda est in Ecclesiis tantum parochialibus; an etiam in filialibus quæ sacrum fontem legitime habent? et quatenus affirmative ad secundam partem.

II. Utrum sufficiat aquam benedicere, usque ad sacrorum Oleorum infusionem exclusive in parochiali Ecclesia, et inde aqua ad alias Ecclesias delata in singulis Ecclesiis benedictio?

Resp. 13 Ianuarii 1898 in Utinen, ad 1 et 2, n. 4005; «Negative, ad primam partem: Affirmative, ad secundam; iuxta Rubricas et Decreta.»

4. Utrum, deficiente Clero in Ecclesiis filialibus, vel

eodem impedito mane Sabbati Sancti ob functiones parochiales et vespere ob domorum benedictionem, liceat renovationem fontis ad alium diem differre?

Resp. ibidem ad 3: «Negative; et in casu adhibetur Memoriale Rituum pro Ecclesiis minoribus iusu Benedicti Papæ XIII editum.»

5. Utrum Parochus, in cuius Parœcia plures sunt Ecclesiæ cum fonte baptismali, quique ius habet conficiendi in singulis renovationem sacri fontis, quam per se nequit perficere, debeat alium Sacerdotem delegare ad eam Sabato Sancto et Vigilia Pentecostes peragendam?

Resp. ibidem, ad 4: «Affirmative.»

I. An clerici prima tantum tonsura initiati, ad mentem decreti 14 Martii 1906, tangere possint vasa sacra et lintea sacra ac calicem præparare in sacristia absque speciali indulto?

II. An omnes qui vestem talarem induunt, sint vel non tonsurati, debeant juxta Rubricas Missalis (*Ritus servandus in celebratione Mssae, tit. II, I.*) superpelliceum induere dum Missæ inserviunt?

III. An Diaconus ratione ministerii sui possit, etiam præsentibus sacerdotibus et extra cassum necessitatis, Sanctissimum Sacramentum de uno altari ad alterum deferre?

IV. Justa Cæremoniale Episcoporum (*Lib. II, cap. 3, n. 5.*) Celebrans Vesperarum, in initio hujus Officii, quando ad suum locum pervenit, sedet paululum, exceptis pluvialistis; an omnes de choro sedere debeant in eodem momento et in sensu affirmativo consuetudo contraria pro clero de choro potestne servari?

V. Utrum in Misa solemini coram Ssmo. Sacramento exposito Celebrans, postquam dixit in initio *Oremus te* et ad Offertorium *Veni Sanctificator*, debeat cum ministris rursus genuflectere antequam aliquantulum se retrahat versus cornu Evangelii in thuris impositione?

VI. In eadem Missa, Subdiaconus, accepta patena post oblationem calicis, genuflectit in suppedaneo ad dexteram diaconi: debetne iterum genuflectere, cum venerit ante infimum gradum?

VII. Sacra Ritum Congregatio decrevit quod Missa Ordinationis in Sabbatis Quatuor temporum sit de Feria, quæritur utrum in hac Missa facienda sit de Feria; quæritur utrum in hac Missa facienda sit commemoratio simplicis aut simplificati occurrentis?

VIII. In quodam Seminario, studiorum causa sunt duæ categoriæ sacerdotum sub aliquo respectu distinctæ sive quoad exercitia spiritualia, sive quoad alia exercitia. Alii eorum certæ vivendi disciplinæ minus strictæ subiecti sunt, et extra Seminarium in ecclesiis diversis Missam celebrant, alii vero in Seminario Missam celebrant. Justa indulatum alumni omnes hujus Seminarii se conformare tenentur Kalendario Congregationis religiosæ ad quam pertinent Moderatores et Directores predicti Seminarii. Quæritur an utraque categoria Secerdotum hujus Seminarii, se conformare teneantur Kalendario ejusdem Familiæ religiosæ.

IX. Utrum a Sacerdote Missam celebrante in ecclesia dedicata alicui mysterio Divinarum Personarum vel in oratorio quod Titulare non habet, in oratione *A cunctis nominare* debeat Patronus loci, si in loco ubi celebrat consuetudo adsit faciendi in Suffragiis commemorationem de loci Patrono?

X. Quando transfertur festum v. g. Annuntiatio B. M. V. in quo exequiæ cum Missa exequiali prohibentur, hæc prohibitio subsistit ne die impedita vel die in qua Officium transfertur?

XI. An in functione Benedictionis SSmi. Sacramenti, præter orationem de eodem, alia cantari possit?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisita sententia Com-

missionis Liturgicæ omnibus sedulo perpensis, rescriben-
dum censuit;

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, nisi pro laicis alicujus Familiæ re-
ligiosæ obstant specialia statuta approbata.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Consuetudinem servari posse.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative, juxta Rubricas Missalis (*Ritus ser-
vandus in celebratione Misae, tit. X. n. 9*) juxta decretum
n. 4.027 *Plurium diæcesium* 9 Junii 1899, ad 11.

Ad VII. Affirmative, in Sabbato Pentecostes; negative
in aliis, nisi Officium fuerit de Feria, quo in casu com-
memoratio non est omittenda.

Ad VIII. Affirmative nisi agatur de presbyteris benefi-
ciatis, qui, ut alias resolutum est, tenentur sequi Kalenda-
rium ecclesiæ sui beneficii.

Ad IX. Affirmative, si vigeat consuetudo faciendi de
Patrono commemorationem.

Ad X. In die sola impedita, nisi Annuntiatio transfe-
ratur cum feriatione.

Ad XI. Affirmative, priusquam cantetur *Tantum ergo*,
quando aliae dicendæ sint preces. Negative in casu opposi-
to, non in festo et infra Octavam SSmi. Corporis Christi.

Atque ita rescripsit. Die 23 Nòvembris 1906.—S. Card.
Cretoni, *Praefectus*.—† D. Panici, Archiep. Laodicen, Se-
cretarius.

Sagrada Congregacion de la Inquisicion

Dubia circa Sanationem matrimonii in radice.

Beatissime Pater:

Ordinarius Convingtonen, ad pedes Sanctitatis Ve-
stræ præovolatus hæc quæ sequuntur exponit:

Inter facultates Apostolicas Ordinariis Stat. Fœd. Amer. Sept. ad quinquennium nunc concedi solitas, reperitur etiam (*Form. D, arti. VI*) sequens:

«Sanandi in radice matrimonia contracta quando
»comperitur adfuisse impedimentum dirimens super
»quo, ex Apostolicæ Sedis indulto, dispensare ipse
»possit, magnumque fore incommodum requirendi a
»parte innoxia renovationem consensus, monita tamen
»parte conscientia impedimenti de effectu huius sanationis.

Cum autem pluribus iisque gravis momenti controversiis quoad rectam eius interpretationem dicta facultas ansam præbuerit et adhuc præbeat, sequentia dubia pro opportuna enodatione proponere ausus est.

1.^o Quomodo intelligi debet expressio *Super quo, ex Apostolicae Sedis indulto, dispensare possit?* Utrum nempe solos casus indultorum quinquennalium (seu particularium) contineat, an etiam omnes casus indulti generalis a Rom. Pont. Leone XIII omnibus Ordinariis concessi die 20 Febr. a. 1888 quoad concubinarios, quorum unus versatur in periculo mortis adeo ut, vi prædictæ facultatis, Episcopi sanare valeant in radice omnia matrimonia pro quibus reliqui Ordinarii facultatem habent simplicem concedendi dispensationem soppo-
to utique quod adsit species seu figura quædam matri-
monii.

2.^o Quid exacte intelligendum est per voces *Pars innoxia* et *pars conscientia impedimenti?* Facile quidem usus intelligitur facultatis pro casu quo matrimonium quoddam nullum et irritum existat ob impedimentum affinitatis ex copula illicita soli parti reæ (non innoxiæ) et simul conscientiae cognitum. At præter hunc casum, alios etiam reperiri in quibus, ex mente h. Supr. Congr. locus sit usui facultatis, vel ex eo solo patet quod Sanctitas Vestra rescribere dignata est Iltmo. et Rmo. D. G. Elder Archiepiscopo Cincinnatensi d. 20 Iunij

1892 pro impedimento disparitatis cultus; unde ulteriorius petit.

3.^o Utrum adhuc sit locus facultatis si ambæ quidem partes cognoscunt nullitatem matrimonii, sed una earum adduci non potest ad renovandum consensum; item, si ambæ hic et nunc eam ignorant, dummodo postea una pars moneatur de sanatione obtenta eiusque efectu.

4.^o Utrum valeat Ordinarius sanare in radice matrimonium nullum ob disparitatem cultus, quando impedimentum quidem evanuit, sed gravis adest difficultas expetendi renovationem consensus prouti in casu sequenti nuper contigit.

Maria non baptizata, sed ut catholica ab omnibus reputata, matrimonium in forma Tridentina iniit cum iuvene catholico. Postea vero sacerdotem secreto adiit eique omnem veritatem patefacit, enixe efflagitans ut statim baptizaretur et insuper orans ut altum servetur silentium coram marito ob gravia dissidia probabiliter oritura et manifestatione veritatis. Sacerdos votis eius obsecundans eam baptizavit. An locus est sanationi in radice, vi indulti?

5.^o Ex repetitis S. Inquisitionis decretis et reponsis notanter a. 1898, 1899, y 1900 emanatis, constat omnes facultates habituales a Sede Apostolica Episcopis concessas et concedendas intelligi debere datas Ordinariis locorum, sub quo nomine præter Episcopum, veniunt vicarii, in spiritualibus generales, vicarii capitulares, etc. Quo posito, petit utrum recte sentiant DD. qui affirmant limitationes quascumque olim appositas facultatibus delegandi vicarium generalem jam evanuisse, ipsumque vicarium absque ulla delegatione vel communicatione facta ab Episcopo gaudere prædictis facultatibus eisque servatis servandis semper valide uti.

Feria IV, die 22 Augusti 1906.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis propositis suprascriptis dubiis, re mature discussa auditioque RR. DD. Consultorum voto, Emi. Rmi. DD. Cardinales in rebus fidei et morum Generales inquisitores scribendum mandarunt.

Ad I. Facultatem art. VI Formulae D. extendi posse ad casus indulti diei 20 Febr. 1888, servatis eiusdem indulti clausulis, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Providebitur in sequenti.

Ad III. Quoad primam partem negative, nisi constet verum datum fuisse consensum sub specie matrimonii et eundem ex utraque parte perseverare; ad secundam, prout exponitur, negative.

Ad IV. In casu exposito, affirmative.

Ad V. Affirmative quoad facultates de quibus in dubio proposito servato tamen, quoad licitum usum, debito subordinationis officio erga proprium Episcopum.

Insequenti vero feria V eiusdem mensis et anni SSmus. D. N. D. Pius divina providentia Papa X, in audience R. P. D. Adssessori S. O. impertita, habita hac de re relatione, resolutionem Emorum. Patrum approbavit, et benigne annuere dignatus est.—CAESAR Rossi,
Substitutus Notarius S. O.

S. C. Concilii litteraræ de satisfactione Missarum.

Regenti Decreto «*Ut debita*» diei xi mensis Maii MCMIV, hæc S. Congregatio, varias complexa lege ante iam latas de Missarum oneribus religiose adimplendis, adiectis opportunis declarationibus interpositaque severa sanctione, providere studuit ut res omnium san-

ctissima summo apud omnes in honore esset, periculumque amoveretur, ne quis ullo modo piis fidelium voluntatibus quidquam detraheret. Hæ tamen quum essent Sedis Apostolicæ curæ et Episcoporum sollicitudes, non defuerunt abusus ac legis violationes, super quæ Sacra eadem Congrégatio excitandam denuo censuit Antistitum vigilantiam.

Constat enimvero, haud paucos, non obstantibus notissimis canonicis præscriptionibus, minime dubitate de Missarum accepta stipe suo marte demere aliquid, retentaque sibi parte pecuniæ, ipsas Missas aliis celebrandas commitere, ea forte opinione ductus, id si bi licere vel ob assensum sacerdotis, animo plus minus æquo recipientis, vel ob finem alicuius pii operis iuvandi, exercendæve caritatis.

Fuerunt etiam qui contra toties inculcatas leges, præsertim contra num. 3^m eiusdem Decreti, hoc genus industriæ sibi adsciverunt, ut Missarum numerum, quem possent maximum, undique conquisitum colligerent. Quo haud semel factum est, ut ingens earum copia manibus privatorum hominum fuerit coacervata; ideoque manserit obnoxia periculo, quod quidem, remota etiam humana malitia, semper imminet rebus privatæ fidei commissis.

Denique sunt reperti qui, a lege discedentes expressa num. 5^o Decreti, Misas celebrandas commiserint, non modo copiosius quam liceret largiri privatis, sed etiam inconsideratius; quum ignotis sibi presbyteris easdem crediderint, nominis titulive alicuius specie decepti, vel aliorum commendationibus permoti, qui, nec eos plane nossent, nec assumpti oneris gravitatem sati perspectam haberent.

Talibus ut occurratur disciplinæ per turbacionibus utque damna gravissima, quæ violationem Decreti «*Ut debita*» consequi solent, pro viribus propulsentur,

hæc S. Congregatio, iussa faciens SSmi D. N. Pii Papæ X, Episcopos omnes aliosque Ordinarios admonet, ut curam omnem et vigilantiam adhibeant in re tanti momenti, edoceantque clerum et administratores piorum legatorum, quanta ex inobseruantia et contemptu legis pericula proveniant; quo onere ipsorum conscientia gravetur; quam temere arbitrium suum legibus anteponant, quas diurna rerum experientia ad rei augustissimæ tutelam collocavit; qua denique sese culpa obstringant; quibus poenis obnoxii flant.

At malo radicitus extirpando Emi Patres necessarium insuper censuerunt huc usque præscriptis nova quædam addere. Itaque re discussa primum in Congregatione diei 23 mensis Martii 1907, ac denuo in sequenti die 27 Aprilis, sub gravi conscientiæ vinculo ab omnibus servanda hæc statuerunt:

I. Ut in posterum quicumque Missas celebrandas committere velit sacerdotibus, sive sæcularibus sive regularibus extra diœcesim commorantibus, hoc facere debeat per eorum Ordinarium, aut ipso saltem auditio atque annuente.

II. Ut unusquisque Ordinarius, ubi primum licuerit, suorum sacerdotum catalogum conficiat, describatque Missarum numerum, quibus quisque satisfare tenetur, quo tutius deinceps in assignandis Missis procedat.

III. Denique si qui vel Episcopi vel sacerdotes ve-
lent in posterum Missas, quarum exuberet copia, ad Antistites aut presbyteros ecclesiarum quæ in Oriente sitæ sunt, mittere, semper et in singulis casibus id præstare debebunt per S. Congregationem Propagandæ Fidei.

His autem omnibus ab infrascripto Secretario relatis eidem SSmo D. N. in audience diei 28 mensis Apri-

lis, Sanctitas Sua deliberationes Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit easque vulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ die 22 mensis Maii 1907. — † VICENTIUS Card. Episc. Prænestinus, *Praefectus*.—D. de Lai, *Secretarius*.

Instrucción ó índice de las preguntas

á que deben responder los Superiores ó Superioras de los Institutos que profesan votos simples en la Relación que cada tres años se ha de transmitir á la Santa Sede.

(CONCLUSION)

- 86.—Si realmente han sido leidos los Decretos Pontificios mandados leer en público en cierto tiempo determinado.
 - a) sobre las obras del Instituto.
- 87.—A cuántas personas ó clases de personas favorecen los religiosos con las obras á que se dedican según el objeto de su Instituto.
- 88.—Si en alguna cosa ha disminuido el número de estas personas á contar desde la última relación, indíquense las razones.
- 89.—Para los Institutos que piden limosna de puerta en puerta.
 - a) Si en las Constituciones consta clara y ciertamente el derecho ó deber de pedir limosna de puerta en puerta.
 - b) Si ha sido inscrito en las mismas Constituciones el Decreto *Singulari* del 27 de Marzo de 1896.
 - c) Si se observa este decreto en todas sus partes.
- 90.—Si los institutos de religiosas tienen en sus casas hospedería ó lugar de convalecencia para toda clase de personas aún de distinto seso; en caso afirmativo con permiso de quién y con qué precauciones.
- 91.—Si las religiosas se encargan de quehaceres domésticos en los Seminarios, Colegios ó cualesquiera cosas de varones eclesiásticos y de qué manera.
- 92.—Si las religiosas ejercen algunas obras de caridad

(v. gr. para con los niños, mujeres de parto, operados, etc.) que desdicen de vírgenes consagradas á Dios y que visten el hábito de religioso.

93.—Si las religiosas que cuidan de los enfermos á domicilio toman siempre las precauciones prescritas en las Constituciones.

94.—Si los Superiores permiten que los religiosos permanezcan en casa de seglares y por cuanto tiempo.

95.—(*Para los Institutos de religiosos.*) Si directa ó indirectamente retienen ó dirigen algún Instituto de religiosas como dependiente de ellos y agregado á los mismos; con que autoridad hacen esto.

96.—Si desde la última relación se ha introducido en el Instituto alguna nueva ocupación ó nueva clase de ocupaciones además de las que ya existían y con que autoridad.

97.—Si se han introducido abusos en el Instituto ó en algunas de las casas y cuales sean.

98.—Si hay querellas ú oposición *a)* con los Ordinarios de los lugares donde se extiende el Instituto *b)* con los confesores *c)* con los capellanes.

Las respuestas á las preguntas sobreescritas, después de un maduro examen, deberán firmarse no solo por el Superior ó Superiora General, sino también por cada uno de los consiliarios ó asistentes generales.

Y si alguno de los consiliarios ó asistentes tiene que comunicar á la Santa Sede alguna cosa de importancia podrá verificarlo también por cartas privadas y secretas. Pero acuérdese de su condición y tenga en cuenta que gravará mortalmente su conciencia si se atreve á exponer en estas cartas secretas algo contra la verdad.

D. Card. Ferrata, Prefecto.

F. Giustini, Secretario.

Collatio moralis et liturgica pro mense Julio.

I.

Sabina, numerosæ prolis mater, recens vi-dua, peccata confessura, adiit sacerdotem, cui

hæc: «Me accuso, quod pluries contra liberos, omnia mihi domi turbantes, et inobedientes, blasphemaverim, quodque eos etiam maledixerim.» Interrogat confessarius, quænam fuerint blasphemiae. Illa: «sæpe sæpius, inquit, exclamavi: *O Deus! O Jesus! Quam perditi liberi! Malidicti à Deo, o vos, qui mihi in tormentum dati estis;* et alia ejusmodi.» Hisce vero suam prosequitur confessionem: «In accepto officio, ad familiam alendam, ostiatim vendendi merces minores, eas emptoribus extollere soleo, et ad fidem mihi conciliandam sic iurare: *Iuro ita esse; tan verum est, quam Deus ipse vivit:—iuro coram Deo, qui nos est indicaturus;—per hanc crucem benedictam;—per meam animam;—per gloriam, quam exspecto.* Non nunquam imprecatio[n]es contra me ipsam addo, uti: *Puniat me Deus;—hic momento peream;—sim damnata, si non ita est.* Quæ aliquando profero contra veritatem aut de veritate dubia.» Postremo confessionem absolvendo: «Dum gravi, ait, laboraret infirmitate meus natu maior, B Virginis, vulgo *de Castrotierra*, devovi missam sollemnem et ceram ad centum libras, quod est pondus filii ad sanitatem restituti. Crucior autem conscientiæ angoribus, quoniam propter inopiam rei familiaris nec promisso adhuc satis feci, nequidem spem habeo in posterum me posse satisfacere.

Quæritur: 1.º Quid tenendum de blasphemis et maledictionibus Sabinæ. — Utrum mortale peccatum incurrit et an toties quoties.

2.º Quid sentiendum de iuramentis, et qualiter in singulis iuramentis peccaverit.

3.º Quid de valore voti, eiusque adimplendi obligatione.

II

De ratione recipiendi Episcopum Ecclesiam suæ Diœcesis visitantem, iuxta sacras Rubricas et Pontificale Romanum.

**Disposiciones legales vigentes
sobre enseñanza religiosa y prácticas piadosas
de los niños y niñas de las Escuelas públicas.**

Para que los Párrocos tengan á la vista las relaciones legales que exístan entre ellos y los Profesores y Profesoras de Instrucción primaria y puedan aprovecharlas en bien de la enseñanza religiosa, he aquí las disposiciones del Reglamento de 26 de Noviembre de Noviembre de 1838, vigente hoy en materia de Instrucción pública.

«Artículo 37. El estudio de la Doctrina y las prácticas religiosas en las escuelas primarias estarán bajo la inmediata inspección del Párroco ó individuo eclesiástico de la comisión local.

Art. 38. La instrucción moral y religiosa obtendrá el primer lugar en todas las clases de la escuela.

Art. 39. Habrá lección corta, pero diaria, de Doctrina Cristiana, acompañada de alguna parte de Historia Sagrada.

Art. 42. En los pueblos donde haya la loable costumbre de que los niños vayan con el maestro á la misa parroquial de los domingos, se conservará; y donde no la hubiere, procurarán introducirla los maestros y las comisiones repetidas.

Art. 43. Los niños que tengan la instrucción y edad competente se prepararán para la primera comunión bajo la dirección de su Párroco, conformándose en todo con las disposiciones que este juzgue oportunas. Verificada la primera comunión, serán conducidos á la iglesia cada tres meses para que se confiesen, llevando también á todos los demás niños para acostumbrarlos á estos actos religiosos y evitar que queden solos en la escuela. Repetirán los primeros la comunión como y

cuando lo disponga el confesor, á cuya discrección y prudencia debe quedar confiado un negocio de tan graves consecuencias.

Art. 44. La tarde de todos los sábados se dedicará exclusivamente: 1.^º al examen de la Doctrina é Historia Sagrada; 2.^º al estudio del Catecismo y explicaciones de la Doctrina Cristiana.

Art. 46. Los discípulos aprenderán las preguntas y respuestas del Catecismo y después de las explicaciones verbales que hayan parecido necesarias, se preguntarán unos á otros.»

El Párroco tiene además el derecho y el deber de vigilar por la pureza de la enseñanza religiosa, visitando las escuelas, poniendo en conocimiento del Prelado las faltas que notase á fin de que este entable ante el Gobierno las oportunas reclamaciones. (Ley de Instrucción pública 1857.)

Delegación de Capellanías.

EDICTOS

I

Con el fin de llevar á debido efecto el convenio celebrado entre la S. S. y S. M. sobre Capellanías y demás fundaciones piadosas, por el presente y término de treinta días, que nos reservamos prorrogar si necesario fuere, se cita, llama y emplaza á todos los que se crean con derecho á la conmutación de los bienes dotados de las capellanías de S. Juan, Natividad de Nuestra Sra. y S. Andrés, fundadas en Cimanes del Tejar, para que comparezcan en esta Delegación á deducir el de que se consideren asistidos con presentación de los documentos oportunos; y en caso de que no lo verifique dentro del expresado plazo, se procederá sin su audiencia á lo que en derecho haya lugar, parándoles el perjuicio consiguiente.

II

En la misma forma se cita, llama y emplaza á los que se crean con derecho á la conmutación de los bienes de la Capellanía de Ntra. Sra. del Rosario, fundada en Azadón, para que con los documentos oportunos dentro del término de un mes, se presente en esía Delegación acreditando su derecho; y en caso de no hacerlo les parará el perjuicio consiguiente.

III

Del mismo modo se cita, llama y emplaza á los que se crean con derecho á la conmutación de los bienes de la capellanía llamada «Gatiñal», fundada en Llamas de la Ribera para que en el término de un mes comparezcan en esta Delegación con los documentos correspondientes. Astorga y Junio 22 de 1907.

El Delegado,
JOSÉ MENDEZ PENZÓL.

ASOCIACIÓN UNIVERSAL
de familias cristianas consagradas á la Sagrada Familia.

Con el fin de propagar en esta Diócesis dicha asociación, fundada por Su Santidad León XIII, y tan necesaria para mantener la piedad y unión entre las familias cristianas, tenemos el gusto de distribuir con este BOLETÍN, la hojita adjunta; para que los señores Párrocos procuren difundir asociación tan simpática en sus respectivos pueblos.

Los señores que deseen recibir datos más concretos, pueden dirigirse al promotor de la Asociación en esta Diócesis D. Celestino Bahillo, Pbro. Mayordomo del Palacio episcopal de Astorga.